

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Philippvs Melanchthon omnibus has literas lecturis, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

rit: id quod de Aristide, Poeta testatur. De studijs nihil necessum multa dicere, ut quorum nomine ab inclyta Vuitebergensis Academie doctoribus & preceptoribus testimonium amplissimum retulit, & dati in publicum laborū sedulitatisq; ipsius fructus abunde probant. Conuersationem eius gratam habuimus, & piam eius uoluntatē Ecclesie studiūq; quantum in ipso est iuuādi laudamus: atque precamur, ad quoscunq; uenturus est, ut haud ignauum Dei organum, propter Dominum, favore suo complectantur, consilijs auxilijsq; iuuent.

Rogamus interea patrem eternum Domini nostri Iesu Christi, ut in his postremis difficilimisq; temporibus respicere Ecclesiam misericorditer dignetur, tempestatemq; exitium Ecclesijs et Rebus publicis minantem uerbo, quo perficit omnia, conspiciat: & largiatur pacem, sanctamq; in ipso uisam, quò incorrupta doctrina, piaq; studia exco coli, prouehi, adq; posteros lux ueritatis saluificae propagari queat: idemq; seruet, regat, & confirmet docentes & discentes, ad sui nominis gloriam. Valete. Dat. Basileæ, sexto Calend. Februariar: Anno salutis parte 1563.

PHILIPPVS MELANCHTHON
omnibus has literas lecturis,

S. D.

Fuit nobiscum in Germania Dominus Michael

C 4 Aethiops

Aethiops diaconus: cum quo de doctrina Christiana familiariter colloquentes, audiimus eum cum Symbolo, quod habet Ecclesia occidentalis, recte cōuenire: nec de trinitate aliud sentire, quàm quod sentit Ecclesia occidentalis. Ideo quantum nos quidem possumus, commendamus eum bonis uiris. Nam etsi Ecclesia orientalis habet aliquas dissimiles caeremonias: ipse quoque iudicat quod dissimilitudo earum non tollat unitatem Ecclesie, nec pugnet cum fide. Quia regnum Christi est spiritualis iusticia cordis, timor Dei, & fiducia per Christum. hanc sententiam & nos probamus. Comperimus etiam ex eo, quod ritus, quem nos obseruamus in coena Domini, & Missa, cōuenit cum orientali Ecclesia. Optamus autem, ut omnes gentes agnoscant & glorificent Christum, & ei obediant uera fiducia misericordie ipsius, et dilectione proximi. Ideo rogamus bonos uiros, ut Christianam dilectionem etiã huic hospiti prestare uelint. Vuiceberge, Anno 1534, 4. Nonas Iulij.

Lugd. 238.

Lecturis has literas, S. D.

FV In Argonautico carmine describitur immanitas rōp μωσουϊνωρ, quos esse Muscouios consentaneum est. & in Psalmo 120, querela est Ecclesie, quod exulet inter Mesech: quod etiam Moscouios interpretor. Poterant enim noti esse uicinis Phœni-
cibus: